

dudum ab aliis Viris illustribus, Helmontio, Boyleo, Tachenio, Travagino, Glaubero aliisque quamplurimis tradita erant, nisi publicè jam conquereretur laurus sua (ne Rhamnus quidem est) se privari. At vero privabitur potius hodie; pellicula illa Leonina, quā indutus in lucem publicam prorepere ausus fuit, adeoque eandem cum Aesopico illo fortunam experietur, arrogantiæque justas debitasque poenas solvet. Particulam tamen saltem pellis illius ego resecabo hodie, cum quæstiunculas ejuſ leves, Professore profecto Chymiae omnino indignas (nil gravius dicam) ordine expositas examinavero; reliquam partem omnem brevi detrahet Vir quidam Clarissimus, cujus nomen tamen haec tenuis mihi reticendum est. Overò tum nudum nostrum!

Sed rem aggrediar, adeoque ipsam illam Salium doctrinam quam mecum & supra memoratis Viris Clarissimis Pataviis communicavit, de quo sibi adeò gratulatur, ad verbum Tibi recensebo Vir Excellentissime. Quæ autem præter
hanc